

Tractatvs De Censvris Romano Pontifici Reservatis

Ugolinus, Bartholomaeus

Venetij, 1609

Vers. Vniuersitates verò, Collegia, & Capitula, quocunque nomine
nuncipentur, interdicimus ab ordinationibus, seu mandatis appellantes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61365](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61365)

Vers. Vniuersitates verò ,
Collegia , & Capitula ,
quocunque nomine nun
cupentur , interdicimus
ab ordinationibus , seu
mandatis appellantes.

S V M M A.

- 1 Collegium quid sit.
- 2 Vniuersitas interdici , non excommu
nicari potest , & quamobrem .

IN hac postrema parte huius
capitis interdicuntur uniuersi
tates quæ ab ordinationibus , seu
mandatis Roman. Pontit. ad futu
rum concilium appellantur , ut ha
betur in versicu. proposito , quod
& per Bullam Pij Secundi , & Iu
lij Secundi factum est , quas & sa
pra meminimus . Verum , quo rei
huius cognitionem uberiorem ha
beamus , præmittenda duo sunt ,
Primum Collegia , & capitula , seu
uniuersitates quid sit . Postremò
cur uniuersitates interdicantur
per Bullam , non autem excom
municentur , sicut singulares per
sonæ , de quibus antea egimus .

- 1 Quoad primum igitur Collegium , seu Capitulum , vel uniuer
sitas nil aliud est , quam corpus
quoddam fidum ex pluribus ho
minibus constans uno nomine co
prehensem , ut colligitur ex l. rerū
mistra . S. tertium . st. de usucap.

& huiusmodi uniuersitates mo
do dicuntur Collegia , ut Colle
gium doctorum , modo Capitula ,
ut Capitulum canonicorū ecclē
siae Cathedralis , de quibus habe
tur in tit. de ijs , quæ fiunt a maio
part. capi . modo Communities ,
& Parlamenta ; quæ sunt consilia
civitatum , ut habetur etiā in Bu
lla Iulij Secundi , quam supra me
minimus .

2 Quoad alterum autem ob eam
rem Collegia , & uniuersitates hu
iusmodi interdicto subiectæ , non
excommunicatae sunt , q. oniam
ordinario iure uniuersitas excom
municari non potest , ut habetur
in cap. Romana §. in uniuersitatē
de sentent. excommun. lib. 6 . & ut
nos id pluribus probauimus in
Tractatu nostro de censuris , capi
26. Tab. 2. Quamobrem autem id
factum sit ea ratiō est , quoniam ,
cum excommunicatio omnium
poenarum , quas inurit Ecclesia ,
grauiſſima sit , ut habetur in capi.
corripiantur . 24. quæſt. 3 . & nos id
probauimus in ead. Tab. 2. capi
ultimo . §. ultimo . nu. 8 . & sub uni
uersitate comprehendantur di
versi generis homines , & quod a
maiori parte sit , ab omnibus fa
ctum esse censeatur , argume. tot
tit. de ijs , quæ fiunt a maio . par. c.
contingeret sepius innocētes , qui
neque consilium ad id dederunt ,
neque consensum præstiterunt , &
ob id innocentēs sunt , grauiſſi
ma hac pena puniri , ut habetur
in cit. cap. Romana §. in uniuersi
tatem ,



tatem, ne igitur in tantam penam quis innocens incideret alterius culpa, ob eam rem factum est, ut uniuersitates non excommunicetur, & ne impunes abeant, altera leuiori poena interdicto scilicet subijciantur. Quid autem interdum hoc operetur in uniuersitate, abude nos id egimus in Tractatu nostro de Censuris, capitulo. 12. T. bull. 5. His ita premissis, iam regulam, ut moris nostri est, ponamus.

S. V. M. M. A.

1. Vniuersitas in interdictum incidit appellans a Romano Pontif. ad futurum Concilium, quod interdictum, quousque pateat, etiam declaratur.
2. Vniuersati appellans ad futurum concilium a Papa quando in interdictum non incidat.
3. Vniuersitas appellanti ad futurum concilium a Papa fauorem prebēs in quam penam incidat.

§. Collegium, seu uniuersitas quid esset uidimus, iam quādo in hoc casu Bullam offensē in interdictum incidat, videamus. Vniuersitas igitur in interdictum incidit, quę a Romano Pontif. ad futurum concilium appellat, ut habetur id expressum in Bulla. Quę regula locum habet, uel uniuersitas laicorum, uel clericorum sit, Bulla enim simpliciter,

& generaliter loquitur, ergo simpliciter, & generaliter intelligi debet. argu. i. §. & generaliter, ff. delegat. præstan. & l. de pretio. ff. de publ. in rem act.

Item locum habet, quocūque nomine nuncupetur, scilicet uel Collegium, uel Capitulum, uel Consilium, uel Parlamentum, uel Communitas, ob uersic. Quocunque nomine nuncupentur, id que merito, nam (modo uniuersitates sint) nihil interest, uoluit enim Bulla uniuersitates interdicto subijcere, ut ex dictis patet, & ex cista. Bullis Pij Secundi, & Iulij Secundi.

Tertio locum habet interdictū hoc, esto singuli omnes de uniuersitate non cōsenserint, sed maior tantum pars, nam nihilominus uniuersitas interdicto subiecta erit, quandoquidem, quod sit a maiori parte uniuersitatis, ab omnibus factum esse censetur, ut habetur in l. quod maior, ff. ad municip. de incol. & in tit. de ijs quę fiunt a maior. par. capitul. Quare, esto innocentes aliqui sint, interdicto tamen subiecta uniuersitas erit.

2. In hoc tamen interdictum uniuersitas non incidet, ubi a maiori parte uniuersitatis appellatū nō fuerit, nam tunc ab uniuersitate id factum non dicitur, vt habetur in eo. tit. de ijs, quę fiunt a maior. part. cap.

Item in interdictum non incidit, ubi legitimè congregata non

non est, nam nec tunc, quod sit,
ab vniuersitate factum id dicitur,
quaæ autem necessario requi-
runtur, quo ab vniuersitate facta
legitimè dicantur, posuimus in
Tractatu nostro de Censuris. cap.
6. §. 1. Tab. 1. Atqui, an singuli, qui
auctores fuerunt, ut appellaretur,
interdicti nihilominus erunt? E-
go censeo, hos excommunicatos
esse, nam, ex quo ab vniuersitate
appellatio facta dici non potest, &
singulis facta esse dici necesse est;
valet enim argumentum a partiâ
enumeratione. argumen. §. adio-
num. in Institut. de action. at singuli
sic appellates, id est singulares per
sonæ ratione hac appellantes in
excommunicationem incident, ut
supra vidimus, ergo & hi quo-
que in excommunicationem inci-
dent. argument. l. illud. si ad leg.
Aquila.

Postremo in interdictum hoc
vniuersitas non incidit in casibus
in antecedenti parte propositis,
utpote ubi supplicaret, nam id sie-
xi posse antea conclusimus.

3. At quid si vniuersitas non ap-
pellet, sed appellanti fauorem, au-
xilium ve præstet, an in interdi-
ctum hoc incidet? Hoc enim Bul-
la non dicit. Ego tamen censeo &
in hoc casu in interdictum ipsam
incidere, nam una pars legis alia
declarat, & antecedentia conse-
quentia. argument. l. si seruus plu-
rium. §. fin. de legat. i. at supra sin-
gulares personæ auxilium, fauore
remve præstantes in excommuni-

cationem incidunt, ut supra vidi-
mus, ergo & vniuersitas interdi-
cto subiacebit. Præterea hoc tacite
habetur in Bulla Pii Secundi, nā,
ut ibi ait, qui scienter consilium,
auxilium, fauorem ve talibus de-
derint, pari poena pleuantur. Ad-
do id in sequenti versiculo habe-
ri. Hæc ibi, si ergo vult ibi Bulla,
ut qui auxilium, fauorem ve præ-
stiterint, pari poena puniantur, si-
cuc appellantes: ipsi appellantes,
si singulares personæ sint, in exco-
municationem incident, si vni-
uersitates in interdictum, ergo ex
his patet & hic in interdictum v-
niuersitatem incidere. Accedit
postremo & mens Romani Pon-
tif. & fauor Apostolicæ sedis, ex
quibus omnibus & in hoc casu v-
niuersitates in interdictum hoc in-
cidere concludo, sed de hac parte
hactenus: iam ad postremam ve-
niamus.

Vers. Nec non eos, quorum
auxilio, vel fauore appel-
latum fuerit.

S V M M A.

2. Fauorem, auxilium ve præstans appel-
lanti ad futurum concilium, in excom-
municationem incident, que regula etiā
declaratur.

Hic excommunicatur etiam,
qui auxilium, vel fauorem
præ-